

retis ejusdem fuerit adminiculum. **DESIDERIA** **CORPORIS** **PAS-**
SIVA statum inactivitatis appellant, animæque silentium. Con-
tradictionem denuo & *εαυτομαχίαν* observamus rigidorum horum
Magistrorum. Desiderare enim & non desiderare nos jubent, seu
mavis, desiderare sine desiderio. Et falluntur certe, dum existi-
mant, regenitos sese habere pure passive, cum tamen Spiritui S. co-
operentur. Anne enim non Scriptura dicit, quod nosmet ipsos pur-
gemus ab omni contagio carnis & spiritus, quodque omnis, qui
spem hanc in ipso habet, *ἀγνίζῃ εαυτόν* perinde, ac ipse mundus est?
Anne non Abrahamus, Jacobus, David, Hiskias, anne non Hanna
mater Samuelis, anne non Maria mater Domini desideria sua maxima
cum activitate Deo exposuerunt? **DESPONSATIO** Hoseana vene-
rabilis; at fanatica gradus viæ unitivæ est. **DEVOTIO** Psalmodi-
ca exercitium legis & Evangelii; at recollectio interior Molinosiana
somnia mentis est. **DEUS** Felgenhauerianus est der rechte essen-
tial-Mensch / sonderlich / wie er sich in **CHRISTO** dargestellt hat:
Wir Menschen aber sind nur nach solchem Bilde als eine Abschät-
tierung gemachet. **DIES MYSTICUS** aut meridies, nocti & auro-
ræ oppositus, est via unionis, ab illuminatione & purgatione distinctæ,
in quo Entheo nostro Mystico contingere putantur spiritualis exatu-
ratio, inebriatio, absorptio, exæstuatio, unctio, elevatio, illu-
minatio, gustus, sabbatismus, liquefactio, jubilus, osculum, am-
plexus, desponsatio, saltus, unio, admiratio. O Satan, Satan,
in Angelum lucis transformate, quantopere opus Dei depravatum
ivisti? **DIVINISATIO STIFELIANA**. Sic nimirum iste ad B. D.
Weberum: Du lästerst meine leibhaftige Gottheit im Himmel
und auf Erden / auch die Fülle des ganzen Göttlichen Wesens.
Alii stultorum imitatores scribere non sunt veriti, Christianum esse
Deum visibilem & corporeum: wolten wir kleine Götter in dem
grossen Gott seyn / so müsten wir die Liebe wesentlich werden.
DRACONEM Apocalypticum idem Felgenhauerus vocat Huma-
nam Christi Naturam, bestiamque ex abyſſo ascendentem. *φεῦ τῆς*
ἀσδοείας!

E. EBRIE.